

Jn uilla hoā. solidus. et quarta pars solidi. Jn uilla Walby. VI. solidi. Jn uilla dalbý. IIII. solidi. Jn uilla solestam. VIII. solidi. Jn uilla molstathe. VI. solidi. Quarta marca suprascriptis tribus addita est. dum scilicet presentis uite sepedicta femina fungitur officio. in uilla que flomsakre nuncupatur. Ego quoque dei gratia. S. archyepiscopus qui huius conditionis et pacis post deum auctor extiti. ad eundem locum Wibu annuatim marcam in meorum remissionem peccatorum cum multorum dedi testimonio. Et ut hec iugiter rata et inconuulsa permaneant. tam domini regis. K. quam nostri sigilli hanc cartam inpressione signauimus. et hanc pactionem. siue conuentionem. dationemue infringentes. perpetue anathematibus uinculis si non resipuerint ex auctoritate domini nostri iesu christi. genitricis quoque perpetue uirginis MARIE eiusdem domini nostri omniumque sanctorum obligamus. Huius uero rei testes sunt. dominus. K. rex sueonum atque gothorum Wlf comes. Coli de sco. Biorn de streme. Petrus quoque de occidentali gocia. Johannes prepositus de sictionia. Walterus prepositus de enescopinge. Ricardus prepositus de arusia. Et alii multi quorum hic nomina recitare longum duximus.

Sigillen: 1. Konungens, Tab. 2. n:o 1. 2. Ärke-Biskopens, Tab. 3. n:o 1. i rödt vax på gula snodder, finnas, ehuru något skadade.

52. 1164 — 1181, d. 26 Jul. Viterbo.

Påfv. ALEXANDER III:s Bref till Sveriges Ärke-Biskop och Biskopar, förmanande dem till noggranhet i lära och lefverne med åläggande att hvar 3:dje år besöka Romerska stolen hvarjemte stadgas om bannlysning emot dem, som misshandlat andeliga personer.

A. 1: d. 1 *)

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum dei Venerabilibus fratribus. . Archiepiscopo ¹⁾ et Episcopis per Sueciam ²⁾ constitutis Salutem et apostolicam benedictionem. Quanto minus instructi sunt in hiis que ad salutem respiciunt illi quorum curam habetis tanto amplius circa reformationem eorum vos. conuenit vigilare ne si quod absit fueritis negligentes requiratur a vobis bonum quod egissent si necessaria illis ³⁾ instructio minime de-

*) Efter en af Olaus Pauli, Præpositus, och Boëcius Suenonis Cantor Ecclesiæ Lincopensis, i Linköping d. 25 Mars 1427 vidimerad afskrift. Den finnes likaledes under A. 1. d. 2. i vidimation af Harald Præpositus och 2:ne Caniker i Linköping, utan tidsbestämmelser äfvenledes i afskrift B. 3: 22. och i F. 1: 1. med anteckningen: Copia Bullæ Alexandri PP. III. assutæ pergamenæ.

1) Archiepiscopus F. 1. 2) Svetiam a. st. 3) Fattas i B. 3: 22.

fuisset Periculosum autem vobis existit comminationis illius terribilis obliuisci qua dicitur. Si non annunciaueris iniquo ¹⁾ iniquitatem suam sanguinem eius. de manu tua requiram. Ysaias quoque de taciturnitate sua plurimum contristatus ait Ve mihi ²⁾ quia tacui Ceterum nec illud. clausis debetis oculis preterire. quod plus consciencia sancti ³⁾ laboris edificat quam exercitacio sermonis Testante etenim beato gregorio Sermo dulcedinem non habet quem vita reprobata infra conscienciam remordet Vnde necesse est ut ⁴⁾ qui uerbum Dei loquitur prius studeat qualiter uiuat et sic ⁵⁾ post vitam poterit aperta fronte docere juxta quod de saluatore nostro scriptum reperimus cepit Jesus facere et docere Quocirca monemus vniuersitatem vestram hortamur attentius ⁶⁾ sub diuini iudicii interminacione precipimus quatinus officii vestri debitum intuentes in omnibus exhibeatis vos sicut dei ministros et de commisi vobis gregis custodia non sicut mercenarii quibus non est cura de ouibus sed sicut veri pastores utiliter cum auxilio celestis gracia cogitatis Ita quod in die iudicii mereamini vocem illam iocunditatis ⁷⁾ audire Euge serue bone et fidelis & De cetero noueritis quod cum vnusquisque secundum laborem suum ⁸⁾ debeat mercedem accipere apostolorum limina visitantibus citra mare annum Anglicis biennium vestratibus autem quia remotissimi sunt Et quia se constituerunt ⁹⁾ sedi apostolice censuales. et cum maiori labore accedunt triennium de iniuncta penitencia peccatorum de quibus vere compuncti sunt et confessi De beatorum ¹⁰⁾ petri et pauli potestate confisi auctoritate apostolica relaxamus Non autem dubium est quin illis qui non veniunt et censum soluunt solucio ipsa ad remissionem valeat delictorum Ceterum quoniam grauissimum est illis qui in clericos. manus violentas iniiciunt pro absolucionem apostolico se conspectui presentare presentibus vobis litteris indulgemus ut siqui sine mutilacione uel excolacione aut morte prescriptum excessum commiserint eos iuramento accepto quod in posterum a similibus abstinebunt auctoritate apostolica ab excommunicacionis sententia relaxetis. Illos vero. qui sacerdotes clericos aut monachos uel alicuius religionis viros forte occiderint uel detruncauerint publice nullius appellacione obstante vinculo nunciatis excommunicacionis astrictos et sicut excommunicatos faciatis ab omnibus euitari donec cum litteris Episcopi sui continentibus veritatem apostolico se conspectui representent ¹¹⁾. Datum Viterbij VII kl: Augusti.

1) impio. B. 3: 22. 2) michi F. 1. 3) facti a. st. 4) quod a. st. 5) Fattas a. st. 6) et tillsättes A. 1 d. 2. B. 3: 22 och F. 1. 7) iucunditatis F. 1. 8) saknas i A. 1. d. 2. 9) saknas i B. 3: 22. 10) Apostolorum tillsättes i F. 1. 11) representet. a. st.